



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 728. Quibus remediis quartam Falcidiam consequi possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73957)

gium sublatum per *Novell. 1. c. fin. §. 2.* ut iidem; cum id intelligendum de persona militis instituta hærede, & non de ea testante. neque tamen etiam extendendum ad testamentum militis veterani, etsi is decedat intra annum missionis. *L. 40. ff. ad L. falcid. iidem. ll. cit.* Neque etiam ad omne testamentum militis, sed tantum ad illud, quod fit ab eo jure militari. *L. 92. ad ff. ad L. falcid.* Lauterb. *l. c.* quin etiam, ut Idem juxta *L. 7. c. eod.* ante solutionem legatorum ab eo factorum potest hæres detrahere, quod illi ab eo tanquam res alienum debetur. Secundò. tametsi jure veteri tam ff. quam cod. in legatis quoque ad pias causas falcidia locum haberet, id tamen jure novo mutatum, quo istiusmodi legata. v. g. relicta Ecclesiis, pauperibus alendis, captivis redimendis, studiorum gratiâ, ab hærede integrè solvenda. *Novel. 131. c. 12. Auth. similiter. c. ad L. falcid.* Gail. *L. 2. obs. 119. n. 7.* Bardil. *d. delegat. pias. th. 31.* Christin. *decis. 55. n. 1.* Lauterb. *§. 25.* Muller. *cit. th. 6. lit. 2.* & Giphon. *Rittershauf. Ludvvel. & alii quidam velint. cit. Novel. intelligendam solum de casu, dum hæres in solvendis legatis ad pias causas moram commisit, indistinctè tamen obtinere illam communiter sentiunt, & sic in praxi receptam esse testantur Tiraq. de privileg. caus. pias. c. 28. Riccius. in collect. decis. 215. Gudelin. de jur. noviss. l. 6. c. 13. Muller. l. c. & alii passim. Quod si tamen uni legatum factum ad pias causas, & aliis simpliciter, seu non ad causas pias, ita ut etiam legata exhauriant totam hereditatem, deductio faciendâ non est de legatis piis, sed solum quarta pars legatorum illorum non piarum deducenda. quod ita declarat Lauterb. *l. c.* Titius habens in bonis 600. florenos legat Cajo ad causam piam. Seio & Mævio singulis quoque 200. ad causas non pias, ita ut tota hereditas legatis exhausta, hæres à Cajo petens quotam falcidiæ sibi debita repellitur privilegio causæ piæ, à reliquis vero duobus deducere potest non quidem totius hereditatis partem quartam, quæ est 150. sed solum 100. quæ est quarta pars de 400. illis relictis. ac ita hoc privilegium causæ piæ non aggravat cæterorum legata, ita ut ex illis suppleri debeat, quod deficit quartæ falcidiæ, sed nocet soli hæredi, uti idem eum Bardili asserit Muller. *cit. th. 6. lit. 2.* Quod si tamen uni legetur duplex legatum, unum ad pias causas. v. g. ad studia profequenda, alterum simpliciter. v. g. fundus, à legato hoc simplici seu non privilegiato solo per *L. 36. §. 2. ff. ad falcid.* detrahi potest tantum, quantum facit utriusque legati simul sumpti pars quarta. v. g. 100. floreni, si utrumque legatum simul valet 400. florenos. Idem, seu ex tali legato defalcabili solo integram falcidiam detrahendam tradit Muller. *l. c.* citans pro hoc. Peregr. Bardil. Bachov. Tiraq. ac dicens esse ferè communem omnium. DD. Limitantur tamen hæc de piis legatis; ita ut, si pia causa fuerit instituta hæres, & alteri factum legatum etiam ad pias causas, locum habeat falcidia, & una contra aliam hoc jure communi nci possit, & causa pia hæres ex legato pio detrahente quartam falcidiam. Item dum ob incertam conditionem sub qua legatum relictum ad piam causam non constat, an illud ad eam sit perventurum, ex eo detrahi posse falcidiam asserit Lauterb. *cit. §. 25.* cum citatis à se. Tiraq. de privileg. caus. pias. privileg. 26. Menend. *contr. L. 2. c. 33.* & alii apud Stryck. de cautel. testam. c. 22. memb. 3. §. 2. Tertiò falcidia in libertate directè legata ob favorem libertatis locum non habet. Arg. *L. 8. §. 9. ff. de inoff. testam.* Lauterb. *§. 26.* Stru. & Muller. *cit.**

th. 6. lit. 2. nisi tamen servus sit legatus unâ cum re defalcabili, ut Muller. *l. c.* vel nisi sit servus asse- nus, & quidem ipsius hæredis vel legatarii alteriusve extranei, ut Idem per *L. 36. ff. ad L. falcid.* Quarto idem dicendum de legato supplemento legitima liberis vel parentibus debita. Lauterb. *l. c.* juxta *L. 36. ff. eod.* Quintò idem est de legato creditori debito. *L. 1. §. 10. ff. ad L. falcid.* nisi plus sit in legato quàm debito; cum tunc ratione superflui intret falcidia. *ibidem.* Lauterb. *§. 27.* idem dicens de dote à marito relegata uxori per *L. 57. §. 21. ff. ad L. falcid.* Denique cessat falcidia in legatis rebus planè indivisibilibus, ut sunt equus, iter, actus, via. quamvis earum æstimatio faciendâ, & ex ea detrahenda falcidia. Muller. *l. c.* per *L. 1. §. 9. junctis. L. 7. §. 6. 80. ff. ad L. falcid.*

Quæst. 728. Quibus remediis hæres quartam falcidiam consequi possit.

1. **R** Esp. Primò: dum hæres dictam quartam, quæ quò ad dominium regulariter ipso jure apud illum manet juxta. *L. 14. §. 73. §. fin. ff. §. l. 18. c. ad L. falcid.* eam quoque possidet, possidendo nimirum rem legatam, datur ei jus detractam quartam falcidiam retinendi, opposita legatario legatum totum exposcenti exceptione doli. per *L. 15. §. 16. ff. ad L. falcid.* Lauterb. *§. 18.*

2. **R** esp. Secundò: si res hereditarias non possidet, sed ex tempore mortis legantis aliquo modo ad legatarium devenerunt, convenit hæredi earum vindicatio, per *L. 36. ff. §. l. 10. §. fin. c. ad L. falcid.* quippe quarum dominium, ut dictum, apud eundem mansit. & si per errorem facti solverit legata integra, conditio indebiti. *L. 9. c. eod. §. l. 39. ff. de condit. indeb. &* si legatarius hæredi stipulanti promisit restitutionem, & desuper cautionem præstitit (intellige fidejussoriam, vel si fidejussore habere non potuit, juratoriam, ut tenetur) quod ultra dodrantem fuerit solutum, competit actio ex stipulatu, per *L. 1. §. rot. cit. ff. si cui plus, quàm per L. falcid. licuerit, legat.* vide Lauterb. *l. c.* Si denique legatarius propria autoritate legatum occupavit, competit hæredi interdictum quod legatorum ad restituendum legatum, & ut hæres falcidiam sibi servet. Arg. *L. 1. §. 2. ff. quod legator.* Carpz. *p. 3. c. 1. def. 37.* Lauterb. *§. 18.*

Quæst. 729. Portio Canonica Episcopalis quid, an & quanta, & à quibus legatis detrahenda.

1. **R** Esp. Ad primùm: portio Canonica sic dicta, quia Jurè Canonico inducta, alia Parochialis, de qua infra, alia Episcopalis (quæ qualiter ab illa distingatur, videri potest apud Azor. *p. 2. l. 6. c. 12. §. 1.*) est autem ea pars, quæ Episcopo (idem est de aliis Prælati in certum territorium & populum pleno jure subiectum jurisdictionem quasi Episcopalem obtinentibus. Wiestn. *h. t. n. 258.* ex obventionibus bonorum tam mobilium quam imobilium Ecclesiis inferioribus, Monasteriis, hospitalibus & aliis locis sacris & religiosis intra Diœcesin sitis per ultimam voluntatem à defunctis relictorum debetur. Molin. *de f. & f. tr. 2. d. 215. n. 1.* Pirh. *h. t. n. 95.* Wiestn. *n. 257.* nimirum ob superioritatem, spirituales jurisdictionem quam obtinet in omnia illa loca, onusque Pastorale, quod tanquam Diœcesios totius supremum Pastor exercendo, omnia ad utrumque forum contentiosum & pœnitentiale spe-